V

do nec motatum mutuetur, Zeuma ērit: ſin a
li qua verbi conſecutio mutetur, vt genus,
numerus aut caſus, Syllepſis dicetur eius af
fectionis, quæ fuerit commutata.
8 Appoſitum, aut verbum ad diuerſas res
relatum cum propinquiori debet cohære-
re: multiq. item caſus ſingulares correſpon-
dere poſſunt aut verbo aut appoſito nume-
ri pluralis.
9 Si vel perſona alia pro alia; vel modus
alius pro alio vel tempus pro tempore, vel
numerus pro numero vſurpetur, eius gene-
ris figura dicitur Enallage.
10 Cum duo genera orationum ſint; quod
attinet ad verborum collocationem, alterũ
ſua ſponte fuſum, quod ordinem grammati
cum obſeruat, & alterum inuerſum, quod
eum ordinem non curat, danda eſt ſemper
opera, vt in interpretando; quo facilius ora-
tio intelligatur, ex ordine inuerſo ad ſpon-
te fuſum redigatur.

Soli Deo honor & gloria.

Página final (8 v.) de los *Aphorismi*.

Biblioteca Digital de Albacete «Tomás Navarro Tomás»